

“Una sola fuit lux intellectualis, ante lucem intellectualem. Et fuit semper Mens mentis lucida. Et nihil aliud fuit huius unio, quam spiritus omnia continens. Semper in se existens. Semper sua mente, et luce, et spiritu, omnia continens.”

Nam quod ait. Fuit lux, ante lucem. Prior lux pater est; Lux vero secunda, est filius. Huius autem unio, scilicet cum patre, est spiritus, qui omnia continet. Sed de duobus clariss. Ο δ' ἐκ νοὸς, φωτεινὸς λόγος, νίος θεοῦ.

Ex mente (prima) lucidum verbum, filius Dei.

De quo verbo, sāpe loquens, iterum vocat filium.

Ἐστι δὲ τοῦ παντελείου πρόγονος, καὶ τέλειος, καὶ γόνι μος γνήσιος νίος.

“Est vero perfectissimi, prognatus, et perfectus, et genitus, germanus filius.”

Hunc a patre minime distare ait.

Οὐ γὰρ διίστανται ἀπ' ἀλλήλων, ἔνωσις γὰρ τούτων ἡ ζωὴ.

“Non enim distant a se invicem. Unio enim horum, est vita.”

Uniorem autem hanc, dixerat ante esse spiritum. De quo ita est locutus:

Ο θεὸς ἀρρενόθηλυς ὅν, ζωὴ, καὶ φῶς ὑπάρχων, ἀπεκύησε λόγῳ, ἔτερον νοῦν δημιουργὸν, ὃς θεὸς πυρὸς καὶ πνεύματος ὅν, ἐδημιούργησε.

“Deus, mas foemina existens, et vita, et lux, parturiit verbo, aliam mentem opificem, quae Deus ignis, et spiritus cum esset, fabrefecit.”

Hanc opificem mentem, verbo consubstantiale affirmat esse.

Ἐπήδησεν εὐθὺς, ἐκ τῶν κατωφερῶν στοικείων, ὁ τοῦ θεοῦ λόγος. εἰς τὸ καθαρὸν τῆς φύσεως ὄημιούργημα, καὶ ἡνώθη τῷ δημιουργῷ ὄμοούσιος γὰρ ἦν.

“Exiliit statim, ex deorsum latis elementis Dei verbum, in purum naturae opificium. Et uniit se opifici menti: consubstantialis enim erat.”

Si vero mens opifex, consubstantialis est verbo: verbum autem non distat a patre, uti vidimus: nimirum, et mens opifex non distat a patre, et ei est consubstantialis. Vocat autem opificem, seu conditionem hanc mentem, quia quasi proxime mundum fabrefecit. De ea namque ait. Cum Deus ignis, et spiritus esset.

Ἐδημιούργησε διοικητάς τινας ἐπτά, ἐν κύκλοις περιέχοντας τὸν αἰσθητὸν κόσμον. Condidit sectores quosdam septem, cui circulis continent sensibilem mundum.

Non tamen sine verbo, id eam fecisse ostendit.

Ο δὲ δημιουργὸς Νοῦς, σὺν τῷ Λόγῳ, ὁ περιόχων τοὺς κύκλους.

Opifex vero mens, cum verbo, quae continet circulos.

Imo et verbo assignat mundi fabricam.

Ἐκ δὲ φωτὸς τίς λόγος ἄγιος ἐπέβη τῇ φύσει.

Ex luce, quoddam verbum sanctum, insedit naturae. Iterum quoque:

Φύσις τοῦ νοεροῦ αὐτοῦ λόγου, φύσις ἐστὶ γεννητικὴ, καὶ δημιουργητικὴ.

Natura intellectualis verbi, natura est generatrix, et conditrix. Et loco alio:

Ο γὰρ λόγος αὐτοῦ προελθών, παντέλειος ὅν καὶ γόνιμος καὶ δημιουργός, ἐν γονίμῃ φύσει πεσὼν, ἐπὶ γονίμῳ ὕδατι, ἔγκυον τὸ ὕδωρ ἐποίησε.

Verbum enim ex eo procedens, perfectissimum existens, in foecundam naturam decidens generativam aquam, gravidam fecit aquam.

Sed et patrem vocavit conditorem, et verbum, quasi eius instrumentum.

Τὸν πάντα κόσμον ἐποίησεν ὁ δημιουργός, ὁ πατὴρ, οὐ χερσὶν, ἀλλὰ λόγῳ.

Universum mundum fecit conditor pater, non manibus, sed verbo.

Quis hæc tam clara, atque præclara de ineffabili Trinitate, universorum conditrice ac domina, altero Chaldæo, altero Ægyptio, vetustissimis sapientibus ante Mosem, divine sunt pronunciata, accipientes ut diximus, ab sanctis patribus quibus revelatum fuerat mysterium Trinitatis. Quos non solum Hebræis, qui eam non agnoverunt, sed etiam Græcorum philosophis omnibus, et Maometistis, et Trinitariis opponemus. Neque enim, par horum authoritas omnium est, authoritati duorum illorum totius sapientiae patrum. Et hos tamen